

355

C O D I C E S

356

Perorat vero sic:

*Supplicemus interim gratie diuine.
Quam humane credimus summam medicine.
Vt expertes faciat ultime ruine.
Vtque salus omnibus hic sit et in fine.*

CXXXIV. VII. J. 14.

853 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 184. 8. bene scriptus et rubricis enotatus inscribitur: *Incipit prologus in excerptum de Aurora.* Est igitur Com-

pendium *Bibliorum metricorum Petri de Riga*, quae jam IX. *ipfis Codicibus* repraesentavimus. *E Παρεγγυois*, quae ibi praecedere solent, hic solum illud *Decastichon* habetur, quod incipit:

*Nil homini melius, quam si diuina legendo
Figat ibi mentem. quo sibi uita uenit &c.*

Tum: *Explicit prologus. Incipit Genesis.*

Primo facta die duo celum terra leguntur &c.

et excerptis folis *Libris historicis* subditur: *Explicit Aurora de ueteri testamento.*

Fol. 171. Incipit accessus in auroram de nouo Testamento.

*Lux euangelij sit lumen carminis. ex hac
Materia texam carmen opusque meum &c.*

et decursis 9. *Distichis Incipit historia euangelica.*

Claruit herode ius regis agente sacerdos &c.

Finis:

Discipulis uisus cognitus astra petit.

Margines Summariis miniatis confiti sunt. Ut semel dicam, e collatis tot et tam diversis Aurorae Exemplis Poema istud integerrimum et perfectissimum e Bibliotheca nostra Palatina emergere possit.

CXXXV.